



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Conclusio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Dei gloriam, & hactenus probatum sit, subdici-
tione vergere ad maiorem gloriam Dei: non est
de nostra affectione dubitemus. *Sar. lib. 9. de just. q. 4.*
etiam si illis in consequentia, affertur ad commutatio-
nem in melius factam non exigit causam executioni voti
obstantem: sed satis esse, materiam subrogatam magis
aliam conducere: sublimo. Sed jam magis ad finem
voluntatis Dei conducit opus adjuvandi Missiones: ergo.
Colucl. supplemento 4. dist. 38. q. 1. art. 5. lit. T. ad fin. docet
bonum attendendum, si ratione personarum vo-
luntatis boni videntis, aut publici, ex quo hic breviter
est: sed subsidium illud Missionum magis facere pro
publico, vel cæcus videt: ergo, &c. verum, quid
plures lectorum meum in re tam aperta distingo?

IV. An congruat prædicta commutatio, &c.

Aspero non licere modò, id, quod hactenus pro-
batum est, sed etiam congruere. Hæc conclu-
sio est hic brevibus confirmanda, quia adfuit non
modo, qui præcedentibus rationibus convictus posse eam
commutationem expediti, & sine culpa, licere facit, ut
se ne puellis illis, earumque consanguineis querimo-
niam causa contra P. Provinciale, ejusque Religio-
nem præberetur, negabat congruere.

30. Sed contra hunc est primò, quia illæ Virgines nul-
lum jus justitiae habent in illud legatum: ergo immerito
consequi possunt: nec propter irrationabiles paucorum
querelas, negligi id debet, quod ad gloriam Dei magis,
magisque conducit. Prohiquam frequenter contra Reli-
gionem inveniuntur seculares: at non querimonia, sed ea-
rum justæ causæ timendæ sunt: & rectè S. Chrysostomus
lib. 7. de Sacerdotio: Si quis (inquit) ob populi dicta ani-
mationem desit exspectis nihil unquam, quod generosum
hujus enim ista exspectatio statim, intra horas, nec so-
lum intra dies, deferretur: major verò Dei gloria, quæ
in Missionibus intenditur, diu statit.

31. Secundò, quia facili negotio à P. Provinciali ejus-
dem odium avertitur, cum scient illas quæcumque sunt
puellas, hanc commutationem, ab ipso P. Bernardino
positam sicuti olim voluit ipse, liber gratificari, ita nunc
libere vult aliis.

32. Tertiò, quia audio, admodum paucis esse ejusmo-
di puellas de ejusdem P. Bernardini familia, quas magis le-
gati cura tangit, & per triginta fere annos ab hujus le-
gati dispositione usque ad hæc nostra tempora devolu-
tus, vix duæ, vel tres ejus generis inventæ sunt, quibus co-
legato suum concessum est. Enim igitur laborandum de
minis, vel alterius querela, adversus tam grande bonum,
quod per commutationem intendimus: non ita profectò
prædicta dicat, non ita.

33. Quartò, semel accidit, ut (quia multæ conditio-
nes requiruntur in illis puellis eligendis) sine ullo delectu
quædam nominata fuerit: unde eam nominationem re-
ferre oportuit: Ne quid ergo simile futuro tempore
eveniat, mortuo præsertim P. Bernardino, ac propterea
æneque illas conditiones perurgente congruum satis,
ne dicam necessarium, erit, vel in illud subsidium Missio-
num, vel in aliquod simile certum, quod ejusmodi negli-
gentis subiacere non facile possit, juramentum dictum
commutare, &c.

34. Denique video de querimoniis prædictis nemi-
nem rationabiliter debere esse sollicitum: quia eas nun-
quam futuras esse sperandum est: tum quia, ut dictum
est, manifestæ rationes pro commutatione, & pro libera

P. Bernardini voluntate stant: tum quia admodum
paucos ejus commutationis fama perveniet: Ut quid
enimam per multos evulgare necesse sit?

§. An quod potest nunc P. Provincialis possit
& P. Bernardinus, &c.

30. Finis impostus, jam esset huic quæstioni, nisi il-
lud vellem non prætermittere. Aspero enim mi-
hi satis probabiliter fieri, P. Bernardinum communicasse qui-
dem potestatem commutandi suum pium juramentum
P. Provinciali: sed illam à se non abdicasse: quod idem
est, atque asserere, non privative, sed cumulative P. Pro-
vinciali concessisse: ex quo sequitur, P. Bernardinum
ex se posse eam commutationem facere, atque, si ipse præ-
veniat Patrem Provinciale, prævalituram suam com-
mutationem: ut accedit in similibus eadem potestate
sistentibus, in quibus datur locus præventioni, &c.

31. Ducor ad id affirmandum, quia verba allata n. 2.
Hæc sunt: *Dat, & dedit omnem potestatem, & auctoritatem*
valendi commutare, &c. ad hæc verba significant quidem
eam potestatem datam fuisse P. Provinciali, sed non abla-
tam ab ipso P. Bernardino: id quod significatum fuisset,
si adfuisset hæc similis verba: *Abdicavit, se privavit ea*
facultate, & renuntiavit, &c. quorum verborum, vel
similium, nec umbra quidem apparet in P. Bernardini
dispositione.

32. Secundò, quia pari modo Episcopus, v. g. vel
Delegatus à Principe ad universitatem causatum, qui
alium subdelegare potest, *de off. deleg. in re & c. cum*
causam, de app. jud. c. a judicis, vel Prælati quicunque
regularis, communicant quidem subinde suæ aliquam
auctoritatem Vicario, Subdelegato, Confessario Mona-
sterij vel conventus: & non raro addunt se concedere
totam suam auctoritatem ad agendum, ad dispensan-
dum, ad absolvendum: at non propterea suam potestatem
ab se ablegant, vel renuntiant. Ita ergo videtur in casu
nostro.

33. Tertiò, quia juramentum, cum sit lex privata,
quam sibi indicit jurans, est interpretandum ita, ut mi-
nus, quam possit præjudicet juranti, nisi contrarium ex-
pressè de ejusdem jurantis intentione constet. Cum ergo
expressè non constet de intentione P. Bernardini, quæ
voluerit facultatem commutandi suum juramentum in
melius omnino, se renuntiare: præsumendum est ne-
quaquam renuntiasse, sed eam sibi retinuisse. Quod autem
juramentum, servata proprietate verborum, sit ita inter-
pretandum, ut quantum minor potest, obligatio inducatur,
quia semper præsumitur jurans minus voluisse suæ liber-
tati nocere: est doctrina nimis vulgaris: & potest videri
apud Abbatem, Sylvest. Suar. aliòque apud Cast. 2. 3. 1. 4.
d. 2. de jur. p. 14. lege etiam Laym. lib. 4. c. 3. n. 4.

34. Neque re scrupulus commoveat quasi non potue-
rit P. Bernardinus eam facultatem nominandi, eligendi,
& commutandi sibi post professionem, retinere, potuisse
enim discere ex dictis per similem occasionem à Cast.
1. 3. 1. 16. d. 4. p. 13. §. 1. n. præf. 12. & de Lugo rom. 1. de just.
d. 4. sect. 6. n. 111. quos, si est otium, lege, nam nobis id
fusus persequi opus non est.

Conclusio.

35. Summa igitur hujus Consilij est, P. Provinciale
posse validè, licitè, & congruenter legatum de mona-
chandis puellis, in subsidium Missionum transferre: ac
probabile esse, idem posse fieri ab ipso P. Bernardino, nisi
is eam potestatem à se abdicare expressè intenderit, quan-
do eam cum juramento P. Provinciali communicavit.

FINIS LIBRI TERTII.

Laus Deo, Beatissima Virgini, ac Beato Aloysio.

Part I.

P 2

LIBER